

1111

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

0 1 2 3 4

Gray Scale



Cont. fol. cviii.

100
100

Contenta Voluminis:

- 1) Vitruvii de Architectura libb. X. f. 1 - 48^b.
(epitome Lauterbach)
- 2) Quaedam Marciani Capellae de nuptiis Philologiae et quaedam de ejusdem Astronomia. f. 49^a - 61^a. (Lib. II. cap. 11^o in finem.)
- 3) Prisciani epitome Phaenomen. f. 61^b.
- 4) Rufi Festi Atrieni clari Atrati Phaenomena. f. 61^b.
- 5) Prisciani carmen de Ponderibus et Mensuris. f. 62^b - 65^a. Explic. vers. 162 edit. Weber. (Corp. Poet. Latin.)
- 6) Prisciani quaedam. f. 65^a - 70^b.
(de figg. numerorum.)
- 7) Priscian. de XII versibus Aeneidos principibus. f. 70^b - 100^b.
- 8) Bedae presbiteri Orthografia. f. 100^b - 108^a.
(non ut primo loco ap. Putsch e libro Bangars. p. 2327-299. sed ut in calce editionis Putsch p. 2775-299. et in editione Basiliensi 1562 p. 72-98.)


1. Vitruvij architectura.

2. quaedam Marciani Capella de nuptijs Philologie, et quaedam de ejus Astronomia.

3. quaedam Prisciani.

N^o 132. Gm.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Incipit capitula
De principis artis architectonicae
De uentis
De aquae inuentione
De puteorum fossionibus & structuris
De utilitate aquae pro banda
De aquae inductione
De mensuris & pondere fistularum
De arena natura
De calce utilitate pro banda
De lateribus faciendis
De parietibus latericis tectorio operi parandis
De generibus arborum & utilitate cessionis
De fabrica uille rustice disponenda
De dispositione operis urbani De dispositione operis urbani
De mensuris aedificiorum
De fabrica balnearum
De cameris balnearum
De expositionibus pavementorum
De pavementis super contignationes faciendis
De calce pro banda operi albario
De cameris carnicis
De politionibus parietum cemenatio
De opere corinario



De parietibus cemicis humidis locis solidandis
Triclina hiberna minoribus picturis esse ornanda
Pauimenta ut in hieme tpeant
De generibus colorum
De nomine inuentione
De horologii institutione
De matris diuersis

DE ARTIS ARCHITECTONICAE PERITIA. MULTA ORATIONE
utruuius polio aliiq: auctores scientissime scripsere. Verum melonga
eorum dissertaque facundia humilioribus ingenis alienum faceret
studium. pauca ex his mediocriter & sermone, priuatis usibus ornare
fuit consilium. Quae partes itaque caeli & regiones uentorum salubres
aedificiis uideantur, & quae subtilitate nociui flatus auertantur. Aditusq:
ianuarum & lumina fenestris tribuantur utiliter, quibusue mensu
ris aedificiorum membra disponantur, quibus signis tenuis abun
dansque aqua inueniatur; Nam & iam quae aedificandi gratia scire
oportet, breui succinctaque narratione cognosces; Primo ergo
quae principia ad architecturam pertinere debeant, studioso atten
dere conuenit; Omnia enim pulchro decore ac uenusta utilitate
fieri poterunt, si ante huius artis peritus ordo discatur;
Nam architecturae partes sunt octo. Quae sunt » Ordinatio.
dispositio. Venustas. mensura. distributio. aedificatio. collocatio
machinatio. Ex his greci quinq: uocabulis studium architecturae

esse docuerunt; Nam ordinationem ac dispositionem diatbesim; uenustatem ac decorem. mian. modolorum mensuras. simmetriam; distributionem oeconomiam appellauerunt; Ordinatio est ergo membrorum dispositio & constat ex quantitate quam greci posita uocant; Quantitas est modus singulorum membrorum. uniuerso respondens operi; Dispositio est aptarebus concluium institutio & operis futuri forma tribus figuris diuisa quae a grecis idea appellatur; Haesunt ergo tres figurae ichnografia ortografia scenografia; Ichnographia est arce uel soli & fundamentorum descriptio; Ortographia est laterum & altitudinis constructio; Scenographia est frontis & totius operis per picturam ostensio.

ἀποθεμία

FERUNT QUIDAM PHILOSOPHORUM ERATOS TENEN MATHEMATICIS rationibus & geometricis methodis. aequinoctiali tempore per gnomonicas umbras orbis terrae spatia esse metatum. & sic certos uentorum didicisse flatus; Tenere ergo orientem aequinoctialem. fauonium. ^{solanū. a meridie austrū. ab occidente regnum caeli} septentrionem. Inter ceteros tamen androgeus cirenaensis cum octo uentis orbis terrae regi asseuerasset. exempli causa athenis turre marmoream octogonam instituit. in qua imagines uentorum sculptas. contra suos cuiusque flatus ordinauit. Supraque ipsam turrim. metam marmoream posuit. & tritonem aeneum collocauit. & ita est modulatus ut cum uentus aliquis aspirasset. quodam momento in giro ageretur & supra caput eius resisteret. & dexteram manu uirgam tenens ipsum esse flantem monstraret; Itaque esse inter subsolanum & austrum ad orientem hibernum eorum. Inter austrum



x
& fauonium ad occidentem hibernum africanum. Inter fauonium & septentrionem chaurum. quem quidam corum uocant. Inter septentrionem & subsolanum aquilonem. Hoc modo & nomina & partes & numerus uentorum scire coeptum est; Sed plerique duodecim uentos esse asseuerant. ut est in urbe roma triton aeneus cum totidem toribus uentorum factus ad templum androgei cirenensis similitudo supra caput uenti uirgam tenens. eundem esse flantem ostendit; Obseruabis ergo ne ianuas aut fenestras contra nocuos flatus facias; Nocui enim sunt flatus ubi aut nimis incumbunt aut acerrima frigora faciunt. ut & homines & animalia ledant. Frigorosis ergo regionibus a meridie aut ab occasu hiberno. ianuas & fenestras facies; Aestuosis uero ab orea & septentrione fieri ordinabis;

DINO CRATES ARCHITECTUS COGITATIONIBUS
& solertia fretus. cum alexander rerum potiretur. profectus est a macedonia ad exercitum. regiae cupidus commendatione. si se patria a propinquis & amicis tulit. ad primos ordines & purpuratos litteras aditus habere & faciliores. Absque exceptis humane. p&it utquam primum ad alexandrum perduceretur; Cum pollicenti esset tardiores fuerunt. idoneum tempus expectantes; Itaque dinocrates ab his se existimans ludii ab se peti presidium; Fuerat enim amplissima statura. facie grata. forma dignitateq; summa. His igitur naturae muneribus confusus. uestimenta posuit in hospitio. & oleo corpus per unxit. caputque coronauit populea fronde. leuam

3.
humerum pelle leonina texit. dextraq; clauam tenens. incescit contra
tribunal regis ius dicentis; Nouitas populum cum auertisset. con
spexit eum alexander admirans. iussit eum locū dari ut accederet.
interrogauit quis esset; At ille. Dinocrates inquit architectus
macedo. qui ad te cogitationes & formas afferō. digna tuae claritati;
Namque a thon montem formaui in statu uirilif figuram. cuius
manuleua designaui ciuitatis amplissimae moenia. dextra patet
quae excipere omnium fluminum quae sunt in eo monte aquam.
ut in demmare profundetur. Delectatus alexander ratione
formae. statim quaesit si essent agri circa. qui possent frumen
taria ratione eam ciuitatem tueri; Cum inuenisset non posse
suis transmarinis subuectionibus; Dinocrates inquit attendo
egregiam formae compositionem. & ea delector. Sed an im ad
uerto si quid eduxerit eo loco coloniam. fore ut iudicium eius
utuperetur; Ut enim natus infans sine nutricis lacte non
potest ali. neq; ad uterq; crescentis gradus p̄duci. sic ciuitas sine
agris & eorum fructibus in moenibus affluentibus non potest
crescere. nec sine abundantia cibi frequentiam habere. populamq;
sine copia tueri; Itaq; quemadmodum formationem putoprobri
dam. sic iudicium locum improbandum. teque uolo esse mecum
quod tua opera sum uisurus; Ex eo dinocrates ab rege nondisces
sit. & in aegyptum eum est persecutus. Ibi alexander cum animum
ad uertisset portum naturaliter tutum. emporium egregium.
campos circa totam aegyptum frumentarios. in maris flumi



nis nihil magnas utilitates: iussit eum suo nomine ciuitatem alexan-
driam constituere; Ita dinocrates a facie dignitateq: corporis com-
mendatus ad eam nobilitatem peruenit; Mibi autem imperator
staturā non tribuit natura: faciem de forma uel aetas: ualitudo detrahe-
uit; Itaq: quō ab his presidis sum desertus. per auxilium scientiae
scriptaq: ut spero pueniam ad commendationem.

Quō usibus omnium maxime necessariae aquae uidentur: primo.
quae generaterrae. tenues aut abundantes uenas emittant. quibus
& iam signis altius depresso inueniantur. quomodo ex puteis uel fon-
tibus ducuntur. quae nocuos aut salubres habeant liquores studiose
seruare oportet; Aquae ergo fontaneae aut sponte profluunt.
aut sepe de puteis abundant; Cuiusmodi copia enon erunt: signis
infra scriptis quaerenda sunt sub terra capita aquarum & pro-
xima fontibus: altiora puteis colligenda; Ante solis itaque ortū
in locis in quibus aqua queritur. aequaliter in terra procumbatur
& mento deposito per ea prospiciatur: Mox uidebis in quibuscūq:
locis aqua lateat; humores in aere supraterram crispantes.
& in modum tenuis nebulae rorem spargentes. quod in siccis & ar-
idis locis fieri non potest; Quaerentibus ergo aquam. diligenter
erit considerandum quales terrae sint; Certa enim genera sunt
in quibus aut abundans aut tenuis aqua nascatur; In creta
tenuis & exilis nec optimi saporis inuenitur; In sablone solu-
to. tenuis limosa & insuauis altioribus locis mersa;

In terra nigra fallarum humores exiles. magis ex hibernis liquoribus
collecti saporis optimi spissis & solidis locis subsistentes; Glaree
uero mediocres & incertae uenas habent. sed egregia suauitate; In sa-
bulone masculo & arena & carbunculo certiores & salubriores &
abundantiores sunt copiae aquarum; In rubro saxo & copiose
& bonae inueniuntur; Sed prouidendum erit. ne inter rimas
saxorum quo suspense sunt decurrant; Sub radicibus montium
& in saxis silicibus uberiores & salubriores & frigidiores aquae inue-
niuntur; Campestribus autem fontibus. salse & graues & tepide
& non suaves erunt; Sed si sapor bonus inuenitur. scito eas
de montibus sub terra uenire in medios campos. ibiq: umbris ar-
borum coniecte. prestabunt montanorum fontium suauitate;
Signa autem inuestigandae aquae alia huiusmodi inueniuntur.
Tenuis iuncus. salix erratica. alnus. utex. harundo. edera.
alia quoq: quae sine humore nasci non possunt; Quo autem
in lacunis similia nascuntur. facile his credendum non est.
Itaq: sic inuentiones aquae probabis; Fodiatur ergo ubi haec
signa fuerint inuenta. nec minus in latitudinem pedes iij.
in altitudinem pedes v. & circa solis occasum uas plumbeum
aut aeneum mundum. in trinisecus per unctum oleo. in ima
fossuram immersum collocatur; Supra q: fossuram frondibus
uel harundinibus missis. terra inducatur, item alia die aperiat.
Et si sudores aut stillae in uase inueniuntur. is locus sine
dubitatione aquam habebit; Item si uas ex creta siccum



non coctum eadem ratione fuerit; si is locus aquam habeat alio die uas
humoresolutum inueniatur; Vellus lanæ similiter in eoloco positū
sit tantum humoris collegerit ut aliadie exprimi possit. magnā copiam
aquae locum habere significat; Lucerna plena oleo in censa si in
eodem loco similiter adoperta in aliadie lucens fuerit inuenta
indicabit eum locum aquam habere. Propterea quod omnis ca-
lor adstrahit humorem; Item in eodem loco si focum feceris & uā-
porata terra humidum nebulosumq; fumum suscitauerit. ostē-
dit locum aquam habere; Cū haec ita fuerint repta certis signis
in altitudinem putei defodiendi erunt. quousque caput aquae
inueniatur; Aut si plura fuerint in unū colligantur. maxime
tamen sub radicibus montium in regione septentrionali signa
aquae sunt quaerenda; In his enim locis suaues & salubres
& abundantiores inueniuntur. Quō naturae beneficio a solis
cursum separantur. & arborum aut montium umbris uel atq;
frigida gratia aestate. hiberno tepida suauitate profluent.

In puteorum autem fossionibus diligenter est cauendū. ne fodien-
tibus periculū fiat. quō ex terra sulphur. alumen & bitumen
nascitur; Quares cum in se conuenerint. pestiferos spiritus emi-
tunt. & primo occupatis naribus retro odore reprimunt
animas corporibus. & si non in decito fugerint celerius mori-
untur; Hoc autem malum ubicumq; fuerit. hac ratione
uitabis; Lucerna accensa in eoloco demittatur. quae si



ardens remanserit sine periculo descendit: Quod si reptum ei lumen fuerit,
cauendum erit ne in eoloco descendatur; Sed si alio loco aqua non inue
niatur. dextra ac sinistra usque ad liberamentum aquae putei fodiantur.
& per structuram foramina quasi nares intus in puteum dimittantur.
quanoctius ipsi euaporant; Sed cum aqua inuenta fuerit. signis operibus
parietes firuantur. ita ne uentorum capita excludantur; In sig
nificatis autem operibus haec seruare debebis. Primo ut arena aspera
paretur. & cementum de silice uel lapide tuficio. calcisq; proxime extinc
tae. duae partes ad quinque arene mortario misceantur; Puteum ergo
fodere debebis latum pedibus octo. ut ab his pedibus structura in cir
citu surgat. & quatuor cauorelinquat; Structuram uero cum
facere coeperis uectibus ligneis densabis. sicut nitorum frontis non
ledas; Sic enim solidata structura aduersus humorem fortior erit.
Quod si limosa aqua fuerit sale me misces & suauitatem saporem suscitabit.
Sed licet auctores ad quinque partes arene duas partes calcis mita
docuerint. isdem mensuris & rediumas & pensas fieri monstraue
runt. melius tamen inuentum est ut ad duas partes arene una cal
cis misceatur. quo pinguior impensa fortius cementa ligantur.
Similiter in testaceis operibus facies; Puteum autem cum fode
re coeperis. si terra solida non fuerit. aut arena rubica. aut sa
bulo fluuidus. aut ex sudans humor fossionem resoluit. tabulas
axium directas fodiendo submitas. & eas uectibus ligneis trans
uersis densabis. ne labens terra ruina pondere supericulū;



Quo ergo ante omnia aquae usus necessarius habetur. his experimen-
tis utilitas eius probanda erit; Itaque si naturaliter fontes pfluunt.
considerandum erit prius quales homines. & quam salubri corpore
circa eos fontes habitent; Itaq; si corporibus ualentibus. erumibus
non uitiosis. coloribus nitidis. non lippientibus oculis. purgatos sa-
lubresq; fontes probabis; Quod si noui fontes aut putei fossi fue-
rint. aquam eximes in uaso aeneo nitido sparges. & si maculam
non fecerit. optime probabilis erit; Missa & iam in uas aeneum
si decocta fuerit. & limum uel harenam in fundo non reliquerit.
legumen in ea sicco coquatur bona erit; Non minus si per lucidi
fontes fuerint & si nemusco. aut quibusdam inquinamentis ignem
montam salubrem perpetuamq; aquam futuram significabit.

Ductus autē aquae. quattuor generibus fuit; Aut forma structili
aut fistulis plumbeis. aut tubis uel canalibus ligneis. aut tubis fictilib; ;
Super formam aqua ductur. structura eius diligenter solidari debet
& ne per rimas pereat; Canaliculus forme. iuxta magnitudinem
aqua dirigatur; Si planus locus fuerit pedesemis intra caput
aqua structura collocetur; Et si longior planitia fuerit inter
centenos uel sexaginta pedes structura submittatur. ut animata
aqua non pigro impetu decurrat; Nam si inter ualla montium
fuerint. ad libramentū caput aquae specus sub terra erit. structura
aut roboreis canalibus aque ductus componatur; Quod si concaue
uallium dimissiones impediunt. structuras solidas uel arcuatales

ad libramentum aquae occurratur; Aut fistulis plumbeis aut cana-
 libus libretur sus dirigatur; Verum si altior locus fuerit unde aqua
 ducitur. aliquanto inferius plantiam flexa libretur. ut ueniens aqua
 fracto impetu lenius decurrat; Aut si longius de monte ducitur.
 sepius flexuosas plantias facies. Minori & iam sumptu & utilius.
 tubis fictilibus inducitur; Cum a figulo ergo fient. neminus duorum
 digitorum grossitudine corium habeant. Sed ipsi tubuli ex una
 parte angustiores fiunt. ut alter in alterum per ordinem uel pal-
 mum ingrediuntur; Iuncturae autem eorum calce uiua oleo subacta
 in limantur. & antequam a capite aqua demittatur. fauilla per eos
 cum paruoli quore laxetur. ut si qua uitia tubuli habuerint ex-
 cludantur; Salubriore enim uis costubulorum materia inuenitur
 Ex plumbo enim cerusa nascitur. quae corporibus humanis nocua
 est; Exemplum autem huius. plumbariorum deformitas probat.
 qui tractando plumbum exsucat sanguine. foedo pallorem mutat; +
 Nam cum fere omnes fructus uasorum argenteorum uel aene-
 orum habeant. mensa tamen propter saporis integritatem
 fictilibus uasculis utuntur; Non alienum uidetur & iam accep-
 tacula locis oportunitis facere. ut si aquae exhaustae solis ardoribus
 fuerit. Aut uenas sitiens terra consumpsit. Nihil omnino
 de receptaculis aquam ministretur; Canalicium uero & tubuleorum
 ligneorum. facilis & usitata aquae inductio uideatur. +

Fistulae ergo plumbeae. pro magnitudine aquae hanc soliditatem



& mensuram accipere debebunt. Siccenarie fundentur denum
pedum ^{du} & ccc lib fusure accipiant. Octogenarie denum pedum
^{non} cccc. xl lib accipiant. Quadragenarie denum pedum ^{ses} ccl lib
Tricenarie x pedum ^{qua} ccccl lib. Vicenarie x pedum ccl lib. Octonarie
clib.

Harenę fossice generasunt tria. Nigra. rubra. carbunculus;
Ex his qua manu comprehensa fridorem fecerit. optima & purga
ta erit; Quae autem terrosa fuerit eamque in uestimentum
candidum sibi seris. & effusa sibi nihil sordis relinquere. idonea erit;
Si uero non fuerit unde harenę fodiantur. tunc de fluminibus
aut de glareis erit excernenda aut de litore marino; Sed mari
na harena in structuris hoc uitium habet & tarde siccat. unde one
rari se continenter non patitur; nisi intermissionibus requie
uerit opus. Pondere graua structurarum petur; Cameris
& iam salsum humorem remittendo. tectorium opus sepe re
soluit; Fossice uero celeriter siccescunt. & tectoria non ledunt.
& con camanationes utiliter obligant; Sed fossice recentes
statim in structuram mitti debent. fortius enim comprehendunt
cimenta; Nam si sub sole diutius fuerint aut imbris.
primisq; solute & terrosę & uanide fuerint; Fossice itaque
cum recentes sunt. tectorio operi propter pinguedinem
conueniunt; Fluuiaticę autē propter macritatem
signino operi incongruentes sunt. Sed iaculorum subac
tionib; in tectorio opere recipiunt soliditate; In cementis

autem fructuras, pura harena mittatur

Calx itaq: dealbo saxo uel tiburtino aut columbino fluuati coquat^r
aut rubro aut fungia; Quae enim ex spisso & duro saxo, utiliter
fructuris conuenit; Quae autem ex fistuloso aut exiliore lapide
fuerit, conuenit operi tectorio; In commixtione ad duas partes
harenae una calx mittatur. In fluuati autem harena si tertia
partem testaceae adderis, miram soliditatem operis prestabit;

Faciendi autem lateres sunt, ex terra alba uel creta uel rubrica aut
sablono musculo; Haec generata terrae, propter leuitatem fortiora
sunt operi; Cetera genera quae aut grauiasunt aut paleas non con
tinent, aut humores pars, propterea cito soluantur, fabricis
inutilia uidentur; Ducendi autem sunt lateres uerno tempo
re, ut ex lento siccassent; Qui enim solstitiali tempore parantur,
utiliores sunt. Quo calor solis torridus, eorum in summo cito
desiccant, & quasi integri uidentur. Postea humor interranus
dum siccatur, contrahit fontes & scissuris diuidit & inuitales operi
lateris facit. Maxime tamen tectorio operi inuitales erunt,
si ante biennium inducantur. Non enim possunt ante pe
nitius siccari; sunt autem laterum generatricia; Unum
quod grecelidon appellatur longum sesquipedem, latum pedem
quod nostrum dicitur; Sunt & alia duo laterum genera; unum
ΠΕΝΤΑΔΟΡΟΝ, & alterum ΤΕΤΡΑΔΟΡΟΝ; Doron autem greci



Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

0 1 2 3 4

Gray Scale

palmum appellant; Itaq; arufices quinq; palmorum publica opera
extruere consuerunt. & in priuatorum; fieri debent ex similibus late
ria remissis qui laterum iuncturis interpositis repararent;
Ita enim fiet ut cum alter alterius protegit coniunctione. firma
structurae soliditas surgat.

Laterici parietes. tribus inductionibus prius solidentur. ut opus tec
torum sine uitio accipiant; Nam si recentes structurae & inducti
ones fuerint & non ante siccauerint. cum arescere coeperint
seisuris uetustatem operis corrumpent; In urbe autem propt
multitudinem hominum parietes cementici altius struuntur.
uelatius solimagnitudinem occupent; Merito ergo latericia
habere non potuit. ne ponderis corrupta fabrica laberetur;
Latericius ergo parietibus utriusque solent accidere. ne fiant
hoc modo erit prouidendum; In summitate parietum structura
testacea cum prominentibus coronis. altitudine sesqui pedali
extruatur. Ut sic corruptae tegulae aut imbrices erunt. parie
tes tamen solidi permanerant.

Cesio arborum quae ad utilitatem fabricae parabitur. autumni
tempore antequam fauoni flare incipiant. utiliter caeditur;
Prius tamen usque ad medullam securibus circumcisit & stan
tes intermitantur. ut inutilis humor decurrat. & uenarum
rarietas ex sicca solidetur; Sed genera arborum. haec inter se

40
11
8.
uires & differentias habent; Abies ergo habet aeris plurimum.
& ignis minimum, terreni humoris merito non est ponderosa.
& naturali rigore non cito flectitur a pondere; Laricis uero
materia in omni fabrica maximas habet utilitates. primo quod
ex eo ad fixas tabule sub grunda ignis uiolentia prohibent,
neque enim flammam recipiunt neque carbonem faciunt;
Larix uero a castello laricino est dicta; Quercus terrenis facie
tatibus abundans, parum habens humoris, cum interrenis
operibus obruntur, perpetua seruat utilitate; Cuius apta
edificii materia, & in humore posita perpetua exhibet utilitate,
Fagus quod equalem habet mixtionem humoris & ignis in humore
cito marcescit, siccis locis utilis est; Populus alba & nigra, salix
& alia ignis & aeris habent faciem, in fabrica inutiles, in scul
turis grate inueniuntur; Alnus qui proximus aqua nascitur,
tener & mollis materia extra aquam fabrica inutilis est. Sed hoc
mirum in se habet, quod in humore palationes spissae defixae struc
tura supra se factam sine uitio seruat; Ulmus & fraxinus in
omni opere cito flectuntur, sed cum aruerint rigide sunt len
toris causa, catenis utiles; Carpinus in omni opere tractabilis
& utilis inuenitur; Cupressus & pinus ammirandas habent
uirtutes, quod non cito pondere curuantur; durant enim integre
semper; Cedrus si humore non corrumpitur, eandem habet uirtute,
sed quomodo de pinore resina decurrit, sic & ex ea oleum quod cedrina
dicitur, silibris aut clusa ex eo munguntur, nunquam tamen



aut carie soluentur; Multas itaque templis propter aeternitatem
ex eo lacunaria sunt facta; Nam folia eius cupressis similia sunt;
Nascentur maxime in creta & insira & in africa regionibus; Quae
cumque ergo ex parte meridiana ceduntur utiliores erunt; Ex parte
autem septentrionali proceriores sunt arbores. sed cito autantur

DELPHICUS APOLLO. SOCRATE OMNIUM SAPIEN
tissimum. pithie responsis est professor; Is autem memoratur
prudenter doctissimeque dixisse. oportuisse hominum peccora
fenestra & aperta esse. ut non occultos haberent sensus sed aper-
tae consideranda; Utinam uero rerum natura sententia eius secuta
explicata & apparentia ea constitisset; Si enim ita fuisset. non
solum laudes uirtutum animorum ad manum aspicerentur. sed etiam
disciplinarum scientiae sub oculorum consideratione subiectae. non
in certis iudicis probarentur. sed & doctis & scientibus. auctoritas
egregia & stabilis adderetur; Igitur quomodo haec non ita. sed uti
naturarum uoluit sunt constituta. Non efficitur ut possint
homines obscuras sub pectoribus ingenii. scientias artificiorum
penitus latentes. quemadmodum sint iudicare; Ipsi que ar-
tifices pollicerentur suam prudentiam. si non pecunia sint
copiosi. sed uetustate officinarum habuerint notitiam
aut etiam gratia forensi & eloquentia cum fuerint parati
pro industria studiosum auctoritatem possunt habere. ut eis
qui aprofitentur scire id credere. Maxime autem

id animum aduertere possumus ab antiquis statuarius & pictoribus.
quod ex his quid dignitate notas & commendationis gratia habuerunt.
aeterna memoria ad potestatem sunt permanentes. Vt miron:
polidectus. phidias. lisippus. ceterique qui nobilitatem ex artibus
consecuti; Namque ut ciuitatibus magnis aut regibus aut ciui-
bus nobilibus opera fecerunt. Ita id sunt adepti; At qui non mi-
nore studio & ingenio sollertiaque fuerunt. nobilibus & humilibus
fortuna ciuibus non minus egregie perfecta fecerunt opera.
nullam memoriam sunt adsecuti. Quod hi non ab industria
neque artis sollertia sed a felicitate fuerunt desepi. Vt thellas
atheniensis. chiron corinthius. magrus phoceus. pharxe ephesius.
boedus bizantius. & iamque alii plures; Non minus ite picto-
res. ut aristomenes. thasius. polides. & andramithes. nitheo mag-
nus. ceterisque quod neque industria neque artis studium
neque sollertia defecit. sed aut rei familiaris exiguitas. aut in-
becillitas fortunae. seu in ambitione certationes contrariorum
superata obstata eorum dignitati; Nec tamen est admirandum
si propter innotitiam artis uirtutes obscurantur. Sed maxi-
me indignandum. cum & iam sepe blandiatur gratia conuincorum.
aueris iudicis ad falsam probationem; Ergo uti socrati
placuit. si ita sensus & sententiae scientiaeque disciplinis aucte
perspicue & plucide fuisset. non gratia neque ambitio ualere.
sed si qui ueris certis que laboribus doctrinarum peruenissent
ad scientiam. summa eis uitro opera traderentur;



Quo autem canones sunt inlustrata neq. apparentia in aspectu ut
putamus oportuisse. & animaduertopotius indoctos quā doctos
gratia superare. non eē certandum iudicari cum indoctis ambitio
ne potius his p̄ceptis editis. ostendam nostrę scientiæ uirtutē;
Itaq. imperator in primo uolumine tibi de arte & quas habeat
ea uirtutes. quibusque disciplinis oporteat eē auctū architectam
exposui. It subiecti causas quid ita earū oporteat cum eē peritū.
rationesq. summe architecturę partitione distribui. finitionib. q.
terminau; Deinde quoderat primum & necessarium de moe
nibus. quem admodum eligantur locis salubres. ratio cinationi
bus explicui; Uentique quisint & quibus singuli spirant
deformationibus grammaticis ostendi. platearumq. & uicorū
ut emendatę sunt distributiones in moenibus docui. & ita fi
nitionem primo uolumine confutui; Ita in secundo de mate
ria quas habeat in operibus utilitates. & quibus uirtutibus
enaturarerū est comparata peregi. Nunc in tertio de
decorum immortalium edibus sacrificā. & uti oporteat p̄
scriptas exponā. **A**edium compositio constat ex simme
tria cuius rationē diligentissime architecta tenere debent;
Ea autem paratura proportione. quę grece analogia dicitur.
Proportio scilicet partis membrorū in omni opere totaq.
commodulatio ex quadrato efficitur simmetriarum;
Namq. non potest aedis ulla sine simmetria. atq. proporti
one. rationem habere compositionis. nisi uti ad hominis.

benefigurati membrorum habuerit exactam rationem; Corpus enim hominis ita natura composuit. uti os capitis. amento ad frontem summam & radices in a capilli. et sã decime partis; Itam manus palme ab articulo ad extremum medium digitum tantundem; Caput amento ad summum uerticem octauæ; cum ceruicibus inis ab summo pectore ad inas radices capillozum sextæ; Ad summum uerticem quartæ; Ipsius autem oris altitudinis. tertia est pars ab inomento ad inas nares. Nasum ab inis naribus ad finem medium supaliorum tantundem. Ab ea fine ad inas radices capilli. frons efficitur. item tertie partis; Per uero altitudinis corporis sextæ; cubitum quartæ. pectus ite quartæ. Reliqua quoque membra suos habent commensuratos. pportiones. quibus etiam antiqui pictores & statuarumobiles usi. magnas & infinitas laudes sunt adsecuti; Similiter uero sacrarum aedium membra. ad uniuersum totius magnitudinis summam. ex partibus singulis conuenientissimum debent habere commensuratum responsum; Item corporis centrum medium. naturaliter est umbilicus; Namque si homo collocatus fuerit supinus. manibus & pedibus sparsis. circumque conlocatum centrum in umbilico eius. circūagendo rotundationem utrarumque rerum. manuum & pedum digiti linea tingentur. Non minus quem admodum scema rotundationis. in corpore efficitur. Item quadrata designatio in eo inuenitur. Namque si a pedibus inis ad summum caput mensumerit. eaque mensura relata

fuert ad manus paritas. Inuenitur eade latitudo ut altitudo.
quemadmodum arces quae ad normam sunt quadratae;
Ergo si ita natura composuit corpus hominis, ut proportio
nibus membra ad summam figurationem ei respondeant.
cū causa confutuisse uidentur utique. ut & iam in operum
perfectionibus singulorum membrorum ad uniuersam figuram
speciem habeant conmensuram & actionem; Igitur cum in om-
nibus operibus ordinem traherent. maxime in edibus deorum
operum & laudes sculptae eterne solent permanere; Nec
minus mensurarum rationes. quae hominum operibus uidentur
necessariae esse. ex corporis membris colleguntur. uti digitum
palmum pedem cubitum. & eas distribuunt in perfectum nume-
rum quae graeci τελεον dicunt; Perfectum autem antiqui instruerent
numerum qui decem dicitur. Namque ex manibus digitorum nume-
rum ab palmo pes est inuentus; Si autem in utrisque palmis
ex articulis ab natura decem sunt perfecti. & iam platon placuit
esse cum numerum care perfectum. quod ex singularibus rebus quae
monades apud graecos dicuntur perfectitur decussis;
Quae simul autem undecim aut duodecim sunt facta. quod si
perauerint non possunt esse perfecti donec ad alterum decussis
perueniant; singulae resoues. particulae sunt eius numeri;
Mathematici uero contradisputantes. care perfectum esse dice-
runt numerum qui sex dicitur. quod is numerus habet
partiones eorum rationibus sex numero conuenientes.

sic sextantem unū. trientes duos. semisse tria; Bossem quē dimo-
 eron dicunt quattuor. quintariū quē pente moeron dicunt. quin-
 q: pfectū sex. Cū ad supplicationē crescat supra sex adiecto asse
 effectū cū facta sup̄ octo quod est terua adiecta; Tertiarū autē
 quē ep̄itros dicunt dimidia adiecta; Cū facta sup̄ nouē ses-
 qui alterū quē molius appellatur. duabus partibus additis & cū sis
 facto; Bes alterū quē ep̄idimoeron uocant in undecim numero
 quod adiecta sup̄ quinque quintariū quē ep̄ipempton dicunt
 Duodecim autem quia ex duobus numeris simplicibus ē effectus
 diplasiona. Non minus etiā quia per hominis altitudinē sextā
 partem habet. ita etiā ex eo quia p̄ficitur pedum numero cor-
 poris series altitudinis terminatur. eū p̄fectū constituerunt;
 Cubitum quē animaduertunt. ex sex palmis constare. digitis quē
 xxiii; Ex eo etiā uidetur ciuitates grecorum fecisse. quem
 admodum cubitus est sex palmorum in dragma quā numero ute-
 rentur aereos signatos uti asses ex quo sex quos obolos appel-
 lant. quadrantes quē obolorū quae aliudichalca non nulli trichal-
 cadicut. pro digitis xxiii in dragma constituisse; Nri autē pri-
 mo fecerunt antiquum numerū. & in denario denos aeris constituerunt,
 & eare compositio nominis. ad hodiernū diem denariū retinet
 Etiā quē pars quarta quae efficiebatur ex duobus assibus & tercio se-
 misse. sestertiū uocitauerunt. Postea autē quā aduertunt
 utrosque numeros esse p̄fectos. & sex & decem. utrosque in unum
 coiecerunt & fecerunt p̄fectissimū decusis sexeis; huius autē rei

de ponde
 sestertiū
 in partē d
 idrunt d
 & tertium

dactorem inuenerunt pedem; Cubito enim cū dempti sunt
palmiduo. relinquitur pes quattuor palmorū; Palmus autē.
habet quattuor digitos. Ita efficitur uti habeat pes xvi digitos
& totidē asses aeracius denarius; Ergo si conuenit ex articulis
hominis numerū inuentum eē & ex membris separatis ad uni
uersam corporis speciem rate partis conmensura fieri responsū
relinquitur ut suscipiamus eos qui edes deorū immortalium
constituentes ita membra operū ordinauerūt ut proportioni
bus & symmetricis separate atq; uniuerse conuenientesque
efficerentur operū distributiones.

ARISTIPPUS PHILOSOPHUS SOCRATICUS.
naufragio cum eiectus ad hrodiensium litus. animaduertit
tiss & geometrica scemata descripta. exclamauit se
ad comites traditur; Bene speremus. hominū enim
uestigia uideo; Statimq; in oppidum hrodum contendit.
& recte gymnasiū deuenit; Ibiq; de philosophia dispu
tant. muneribus est donatus. ut non tantū se ornaret.
sed & iam eis qui una fuerunt. & uestitū & cetera quae opus
esset ad uictū prestaret; Cū autem eius comites in patriā
reuertere uoluissent. interrogarentq; eum quid nā uellet
domum renuntiare. tunc ita mandauit dicere. Cuius
modi possessiones & uaticā liberis oportere parari. quae
& iam ena ufragio una posse tenentur; Namq; ea uera

presidia sunt uitae. quibus neq: fortunę tempestas. neq: publi-
 carum rerũ mutatio. neq: belli uastatio potest nocere; Non
 minus eam sententiã augendo theophrastus. hortando doctos
 potius eẽ quã pecuniae confidentes. ita ponit. Doctũ ex omnib:
 solum neq: in alienis locis peregrinũ. neq: amissis familiaribus
 & necessariis in opẽ amicorũ / sed in omni ciuitate eẽ ciuẽ. diffi-
 cilesq: fortunę sine timore posse despicer e casus; At qui non doc-
 trinarum sed felicitatis presidis putat eẽ seu allatũ. lapidis tu-
 neribus uadentẽ. non stabili sed infirma conflictari. uita.
 Epicurus uero non dissimiliter hãt paucã sapientib: fortunã
 tribuere; Quae aut maxima & necessaria sunt. animi mentisq:
 cogitationib: gubernari; Haec ita & iam plures philosophi
 dixerunt; Non minus poete qui antiquas comedias grece
 scripsere. easdẽ sententias uersibus in scema pronuntiauerunt.
 ut eucrates chionides aristophanes; Maxime & iam cũ his
 alexis. qui athenienses ait oportere ideolaudari. quod omniũ
 grecorum leges cogunt parentes a liberis atheniensium; Non
 om̃s. nisi eos qui liberos artibus erudisserũt. Omnia enĩ mune-
 ra fortunę cũ dantur. ab ea faciliter adimuntur; Disciplinę
 uero coniunctę cũ animis nullo tẽpore deficiunt. sed p̃manet
 stabilitas ad summũ exitum uitae; Itaq: ego maximas infir-
 masq: parentib: ago atq: habeo gratias. quod atheniensium
 legem probantes. me arte erudiendũ curauerunt. & ea quae
 non potest eẽ probata sine litteraturę encr̃icli oq: doctrinarũ.



omniū disciplina; Cū ergo & parentū cura & preceptorū doctrinis auctus haberē copias disciplinarū. philologis & philotechnis rebus cōmentariorūq; scripturis medelectans. eas possessiones animo paravi equibus haec est fructuū summa: nullas plus habendieē necessitates. eamq; eē propriē diuitiarū maxime si nihil desiderarē; Sed forte non nulli haec leuia iudicantes. putantes eos eē sapientes qui pecunia sunt copiosi; Itaq; plerūq; ad id propositum contendentes. audacia adhibita cū diuitis & a notitiā sunt consecuta; Ego autē cēsār non ad pecuniam parandā exarte dedi studiū. sed potius tenuitatē cū bona fama. quā abundantia cū infamia sequendā probavi. ideo notitiae parū est adsecuta; Sed tamen his uoluminib; editis. ut spero & a posteris erō notus; Neq; est mirandū quid ita pluribus sim ignotus; Ceteri architecti rogant & ambiunt ut architectent; mihi autē a preceptorib; est traditū rogatū non rogantē oportere suscipere curā. Quod ingenuus color mouetur pudore. petendo rēm suspiciosam. Nā beneficiū dantes non accipientes ambiunt; Quid enim putemus suspicari. qui rogetur de patrimonio sumptus faciendos committere gratis petentes. nisi praedē compendūq; et causa iudicē faciendū; Itaq; maiores primū a genere probatis. operā tradebant architectis; Deinde quaerebant si honeste esset educati ingenio pudori. non audacie proteruitatis p̄mittendū iudicantes; Ipsi autē artifices non erudiebant nisi suos liberos aut cognatos.


& eos viros bonos instituebant. quibus tantarum rerum fidei pecu-
nie sine dubitatione permitterentur; Cum autem animam ad-
uerto ab indoctis & imperitis tantae disciplinae magnitudinem
iactari. & ab his qui non modo architecturae sed omnino re-
fabricae quidem notitiam habent. non possunt non laudare pa-
tres familiarum. eos qui litteraturae fiducia confirmati. per-
se aedificantes ita iudicant. si imperitis sit committendum
ipsos potius digniores esse ad suam voluntatem. quam ad alienam pe-
cuniam consumere summam; Itaque nemo artem nullam aliam
conatur domi facere. uti sutrinam fullonicam. aut exceteris
quae sunt faciliores nisi architecturam. ideo quod qui profiten-
tur non arte vera sed falso nominantur architecti; Quas ob-
res. corpus architecturae rationesque eius putavi diligentissime
conscribendas. opinans in munus omnibus gentibus non in-
gratum futurum; Igitur quo in quinto de opportunitate com-
muni operum per scripsi. in hoc volumine privatorum aedificio-
rum rationationes. & commensus symmetriarum explicabo;
Haec autem ita erunt recte disposita si primo animam aduersum
fuerit. quibus regionibus aut quibus inclinationibus mundi
constituantur; Namque aliter aegypto. aliter hispania. non
eodem modo ponto. dissimiliter rome; Iterum ceteris terrarum
& regionum proprietatibus oportere eundem constitui genera
aedificiorum. quod alia partes solis cursu premitur tellus. alia
longe ab eo distat. alia per medium temperatur;



Igitur uti constitutio mundi ad terrę spatium in inclinatione signifi-
ri circuli & solis cursu disparibus qualitatibus naturaliter collo-
cata. ad eundem modum & iam ad regionum rationes caeliq; uarietates. ui-
dentur aedificiorum debere dirigi collocationes; Sub septentrione
aedificia testudinata & maxime conclusa & non patentia. sed con-
uersa ad calidas partes oportere fieri uidentur; Contra autem
sub impetu solis meridianis regionibus: quod praemunitur a calore. paten-
tiora conuersaq; ad septentrionem & aquilonem sunt facienda: Ita
quod ultra natura ledit. arte erit emendandum; Item reliquis re-
gionibus ad eundem modum temperari. quem admodum caelum est
ad inclinationem mundi collocatum; Haec autem ex natura rerum sunt
animaduertenda & consideranda. atq; & iam ex membris corporibusq;
gentium obseruanda; Namq; sol quibus locis mediocriter profundit
uapores. in his conseruat corpora temperata; Quaeque proxime
currendo deflagant. eripit exurendo temperaturam humoris;
Contra uero refrigeratis regionibus: quod absunt a meridie longe.
non exhauritur a caloribus humor. sed ex caelo roscaidus aer incor-
pora fundens humorem. efficit ampliores corporaturas uocisque
sonitus grauiorē; Ex eo quoque sub septentrionibus: nutriuntur
gentes. in manibus corporibus: candidis coloribus: directo capillo &
rufo. oculis caecis. sanguinem multo. ab humoris plenitudine caeliq;
refrigerationibus: sunt conformati; Qui autem sunt proximi ad axem
meridianum subiectiq; solis cursui. breuioribus corporibus: colore fusco.
crispo capillo. oculis nigris. cruribus ualidis. sanguine exiguo

solis impetu perficiuntur; itaque etiam propter sanguinis exiguitatem timidiore sunt ferro resistere. sed ardores ac febres subferunt sine timore. quod nutritasunt eorum membra cum feruore; itaque corpora quae nascuntur sub septentrione a febris sunt timidiora & imbecilla. sanguinis autem abundantia ferro resistunt sine timore; Non minus sonus uocis in generibus gentium dispares. & uarias habet qualitates; ideo quod terminatio orientis & occidentis circa terrae librationem quae diuidit partem superioris & inferioris mundi habere uideatur librata naturalimodo circumuentionem. quam etiam mathematici ri zonta dicunt; Igitur cum habemus certum animo sustinetes ab libro quod est in regione septentrionali linea traiecta ad id quod est supra meridianum axem ab eo que altera obliqua in altitudine ad summum cardinem qui est post stellas septentrionum. sine dubitatione animaduertemus ex eo esse scema trigoni mundo uti organi quam sambule greci dicunt; itaque quod est spatium proximum in cardine ab axis linea in meridianis finibus sub eo loco quae sunt nationes propter breuitatem altitudinis ad mundum. sonitum uocis faciunt tenuem & acutissimum. Vt in organo chorda quae est proxima angulo. secundum eam axem reliqua ad mediae greciae remissionibus efficiunt in nationibus sonorum concisiones; ite a medio in ordine crescendo ad extremos septentriones sub altitudines caeli nationum spiritus sonitus grauioribus a natura rerum exprimuntur; ita uideatur mundi conceptio tota propter inclinationem consonantissime pro solis temperaturam ad harmoniam esse compositam; Igitur quae nationes esse

DE UOCUM
AEQUALITA
TE




Inter axis meridiani cardine. ab septentrionalis medio positae.
uti india grāmatē musico mediā uocis habent sonitū. in sermo
ne quaeq; progredientib; ; Ad septentrionē sunt nationes. quae al
tiores habent distantias ad mundi spiritus uocis habentes humore
repulsos ad herbatos & proslābano menos a naturarē sonitu gra
uore coguntur. uti eadē ratione medio progredientib; ad meri
diem gentes parietarū quae acutissimā sonitus uocis p̄ficiunt
tenuitate; Hoc autē uerū ē ex humidis naturae locis grauiora
fieri. & ex feruidis acutiora; Licet itaq; experiendo animaduer
tere calices duo in una fornace aequo cocti aequoq; pondere ad
crepitūq; uno sonitu; sumatur ex his unus in aquā dimitatur
postea ex aqua eximatur. Tunc utriq; tangant; Cū enī ita fac
tū fuerit. largit̄ inter eos sonitus discrepabit. & quoq; pondere
non poterunt ēē; Ita & corpora hominū uno genere figuratio
nis. & unam mundi coniunctione concoepta. alia propt̄ regionis
ardorem acutū spiritū aeris exprimunt tactu. alia propter
humoris abundantia grauis sima effundunt sonorū qua
litates; Itē propt̄ tenuitate caeli. meridianae nationes exa
cuto seruo remente expeditius celeriusq; mouentur ad con
siliozū cogitationes; Septentrionales autem gentes. in fusa
crassitudine caeli. propt̄ obstantiū aeris humore. refrigera
te. stupentes habent mentes; Hoc autē ita ē a serpentibus
licet aspiciere quae p̄ calorem cū ex hausta habent humoris
refrigerationē. tunc acerrime mouentur; ¶ In brumalia

autē & hiberna tempora ab mutatione caeli refrigerata immota
sunt stupore; Ita non est mirandū. si acutiores efficit calidus
aer hominū mentes. refrigeratus autē contratardiores;
Cum sint autē meridiane nationes animis acutis simis. infinitaq;
sollertia consiliorū simul. ut ad fortitudinē ingrediuntur
ibi subcumbunt. quod habent ex suctas ab sole animorum uir-
tutes; Qui uero refrigeratis nascuntur regionibus. ad ar-
morū uehementiā paratiores sunt. magnis uirtutibus sunt
sine timore. sed tarditate animi sine considerantia inuen-
tes. sine sollertia suis consiliis refranguntur; Cū haec ergo
ita sint ab natura rerum immundo collocata. & omnes natio-
nes immoderatis mixtionib; disparatis uero. inter spatium
totius orbis terrarū regionis que medio mundi populus
romanus possidet fines. Namq; temperatissime ad utraq;
partem & corporū membris animorūq; uigorib; pro for-
titudine sunt in italia gentes; Quē admodū enim iouis
stella inter martis feruentissimā & saturni frigidissimā
media currens temperatur. eadem ratione italia inter
septentrionalē meridianāq; ab utraq; parte mixtionibus
temperatas & inuictas habet laudes; Itaq; consilium re-
fringit barbarorū uirtutes. fortia manu. consilium meridi-
anorū cogitationes. Itadiuina mens ciuitatē romanū po-
puli egregiam temperatāq; regionem collocauit. uti or-
bis terrarū imperio potirētur;

ca

Quod si ita est. ut dissimiles regiones ab inclinationibus caeli uariis
generibus sint cōparate. ut & iam naturę gentiū disparib; animis
& corporum figuris qualitatisq; nascerentur. Non dubitemus
aedificiorū quoq; rationes. ad nationū gentiūq; proprietates
apte distribuere. cū habeamus ab ipsarum natura sollertem
& expeditam monstracionem; quo ad potui summaratione
proprietates locorū ab natura rerū dispositas. animaduertere
exposui quemadmodū ad solis cursū & inclinationes caeli oportet
ad gentium figuras constituere. aedificiorū qualitates dicere.
Itaq; nunc singulorū generū in aedificiis commensur symmetricarū
& uniuersos & separatos. breuiter explicabo;

PRIMO ITA CORTES ET CULINE CALIDIS LOCIS DESIGNENTUR.
Bubilia in partem meridianam. ita ut ad ortum aut ad focum
boues expectent; Nitidior enim cultum recipiunt. si ad lumen
attendant; Latitudo quindecim pedibus quod ponatur. & in sin-
gulis paricibus unus pedes relinquatur; Bubilium autē debent
ēē latitudines. nec minores pedū denū. nec maiores v denum;
longitudo ut singula iuga nec minus. pedes occupent septenos;
Equilia calidis locis ordinentur. & obscuriora fiant ut securi
equipabulentur; Ouilia & caprilia pro magnitudine agri
quod ponantur; Cella uinaria contra frigidissimas caeli pla-
gas conlocetur; Lumen fenestris a septentrione tribuatur.
ut undique frigidus aer uina in columia seruet; Vapore enim



omnia corrumpuntur; Torcular huius in septentrione ponat^r;
 Cella autem olearis in meridie constituenda est. fenestre ab eade
 parte tribuantur. Ne frigore oleum cum sordibus retineatur.
 & suauitas saporis pereat. Torcular huius in meridie statuat^r;
 Magnitudo pro abundantia rei fiat; Granaria ad septentrione
 uel aquilonē spectent. ut aere gelidiori fruges tutius seruentur;
 Vaporate enim regiones curculiones & alia genera bestiarum
 nutriunt quae fruges corrumpunt; Horrea fenilia. p^rstrina. ex
 tra uillā sunt constituenda. ut ab ignis periculo ualēsint tutiores;
 Siquid uero melius & tutius facere uolueris. exempla de urbanis
 fabricis sumes.

VRBANI ITAQUE OPERIS GRATIAM. LUMINOSAM ESSE
 oportet. presertim cum nulli uicini parietes impediunt;
 Disponendū erit tamen ante. ut certa genera edificiorū. caeli
 regiones apte possint spectare. Hiberna ergo triclinia. hiber
 nū occidentem spectare debent. quō uespertino lumine opus est;
 Nam sol occidens. non solū inluminat. sed proximi caloris
 tepidas facit regiones; Cubicula & bibliotece. ad orientem spec
 tare debent. uis enim matutinū postulat lumen; Nāque
 cūq; loca frigida spectantur. humorē uideantur. quō uenta humi
 dispirantes. madidos flatus omnia pallore corrumpunt;
 Triclinia uerna autumnalia. ad orientem spectare debent.
 ut gratiora sint qd̄ bis uti solitū; Ne staua triclinia ad septentrione

caloris



spectare debent. quod ea regio præter cetera frigidior est. & sol fu-
tuali tempore iocundâ sanitatis uoluptatē corporib: præstat

Tricliniorū & conclauium quantalattitudo & longitudo fuerit.
in una computata mensura ex ea medicas altitudines tribuat;
Si autē exedra aut tōri quadrati fuerint. media pars mensuræ
in altitudine struatur. Pinacothecæ & plumariorū officii-
ne in parte septentrionali sunt constituende. ut colores & pur-
pure sine uitio seruentur; De uaporatis enim regionib: cor-
rupte nascuntur.

BALNEIS. LOCUS ELIGENDUS EST CONTRA OCCASU HERBER-
nū. aut partē meridianā. ut decedente sole uaporetur
usq: ad uesperā habeat quod tēpus ad lauandū tributum est.
Suspensuræ calidarū cellarū ita sunt faciende. ut primum
area sesquipedalib: tegulis consternatur. inclinata ad for-
nacē ut pila missa intro resistere non possit. sed redeat
ad p̄ furnum; flāma enim sursum adsurgens. calores ei
efficit cellas; Supraq: laterculis besilib: uel rotundis
pile instruantur. ex capillo & argilla subacta. In priuato pe-
dib: binis semis. in publico ternis; Tegule bipedales
sup constituantur quaepaumentū dirigant; Plumbeū
uas quod patenā aereā habet. supra fornacē collocetur;
Alterū frigidariū secus. ut quantū calda ex eo in solio
admittatur. tantū frigide refundatur;

Magnitudines autem balnearum pro hominum copia & uoluntatis gratia fieri debent. dum modo cellae sic disponantur. ut quanta longitudo fuerit. tertia ad septem latitudo quod ponatur; Melius enim ignis per angustiora latitudines cellarum operabitur; Lumen fenestris aut hiemis aut meridianis partibus tribuatur; Aestiuus balneis in procaustica pro loco magnitudine cum piscinis in septentrione uel aquilone constituantur. & ab eadem parte maximum lumen fenestris admittatur. ut salubriore & corporibus iocundiore gratia praestet; In uillae rusticae balneum culinae coniungatur. ut facilius rusticis ministerium exhiberi possit.


Camere structiles fortiores feruntur. tegulae autem ad contignationem suspendantur. ita ut catenis anchoratis fixae tegulas ut paliola quae cameram circumferunt sustineant; Eadem ratione & planas cameras facies; Utilius autem quod ponetur si regulae uel arcus ferrei fiant. ut uncinis ferreis ad contignationem suspendantur. ita ut tegularum iuncturae super regulas uel arcus recumbant; Superiores ergo iuncturae ex capillo & argilla subacta limantur; Inferior autem pars iuncturae quae ad pavementum spectabit. primo calice cuncta temperata trullizetur. Deinde albario siue tectorio opere inducatur; Maior tamen & diligentiae & utilitatis ratio uidetur. si duplices balnearum camere fiant; Inferior cementsitia & superior suspensa; Inter duas enim cameras humor tentus. nunquam utiabit contignationes. sudationes & iam praestabuntur meliores.



x
t
CONSIDERANDU ERIT UT SOLVM FIRMV SIT ET AEQVALE. TUNC
rudus inducatur & uectibus lignis contusum calcetur. supra impensa
testata crassior inducatur. & iteru uectib: contusa solidetur; Tertio nu
cleus id est impensa mollior inducatur. & politionibus insista. perimas
mutales operi relinquatur;

t
t
t
INCONTIGNATIONIBUS DILIGENTER RESPICIENDUM EST. UT AEQUA
